

ACADEMIA SCIENTIARVM GERMANICA
BEROLINENSIS

BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

EDITA CONSILIO ATQVE AVCTORITATE
INSTITVTI
GRAECOROMANAE ANTIQVITATIS
STVDIIS COLENDIS DESTINATI



LIPSIAE IN AEDIBVS B.G.TEVBNERI MCMLXIII

EPIGRAMMATA
BOBIENSIA

EDIDIT

WOLFGANG SPEYER

ADIECTAE SVNT TABVLAE XXII



LIPSIAE IN AEDIBVS B.G.TEVBNERI MCMLXIII

BIBLIOTHECAE TEVBNERIANAE
HVIVS TEMPORIS
REDACTOR: JOHANNES IRMSCHER

HOC VOLVMEN IMPRIMENDVM
CVBAVIT BRVNO DOER

LIZ.-NR. 294/375/72/63

PRINTED IN THE DEMOCRATIC GERMAN REPUBLIC
LIPSIAE: TYPIS B.G. TEVBNERI (III/18/154) · 1701

PRAEFATIO

Feliciter A. Campana abhinc paucos annos collectionem quandam 71 (72) epigrammatum in codice miscelaneo nr. 2836 (saec. XV/XVI) bibliothecae Vaticanae detexit. idem, ut F. Munari, cui pro editione principe summa cum cura confecta maximam gratiam debemus, affirmat (p. 7), historiam illius codicis (Bob.), apographi libri Bobiensis deperditi, scripturus est¹).

Quae epigrammata non omnia nostris diebus primum in lucem protracta sunt, sed ut poema illud longissimum, Sulpiciae carmen dico, ita 26 alia epigrammata iam antea in editionibus Ausonii operum proposita erant: 18 leguntur in Ausonii editione²), quam curavit Hieronymus Avantius, Venetiis 1496 (M)³), quorum numerum Thadeus Ugoletus, Parmae 1499 (V), septem aliis epigrammatis⁴) auxit. post Avantius in altera editione, Venetiis 1507 (A), unum epigramma (nr. 39) ex ignoto fonte addidit, cuius originem ipse non videtur intellexisse⁵). at Sulpiciae poematis editio princeps Venetiis 1498 (B) in lucem prodiit, cui carmini et Ugoletus (P) et Avantius (A) locum concessit inter Ausoniana.

Scriptorem codicis Vaticani supra commemorati, ut repetam, quae v. d. Munari in praefatione editionis principis luculenter exposuit, aut codicem illum Bobiensem deperditum aut apographon ex illo dependens⁶) fideliter descripsisse verisimile, immo certum est. quod non

1) opus illud, cuius titulus erit Heroicum Sulpiciae carmen. LXX Epigrammata (Roma, Edizioni di Storia e Letteratura, Via Lancellotti 18), quod se editurum esse Campana iam pridem promisit, publici iuris nondum factum est.

2) cf. indicem siglorum p. X.

3) Munari secutus siglis utor Peiperianis (sed vid. p. X).

4) cf. indicem siglorum p. X.

5) titulo, quem ille legit, nomen Domitii Marsi deerat.

6) cf. Terzaghi 3sq.

modo verborum depravationes demonstrant¹⁾ stultissimae atque iis scilicet indignissimae viris, qui, cum florebant Latinitatis studia, ex ingenio et pro sua quisque summa in litteris eruditione librariorum ineptias facile corrigere solerent, sed lacunarum quoque corruptelae²⁾, verborum vel coniunctiones vel distinctiones perperam factae³⁾, versum ordinis conturbationes, quorundam denique epigrammatum copulationes falsae⁴⁾. quae cum ita sint, neque ex codice Vaticano quicquam in Ausonii editiones contemporaneas neque in illum quicquam ex his influxisse constat⁵⁾.

Si tamen, quae ratio inter codicem et singulas Ausonii editiones intercedat, quaeres, respectis illis 18 epigrammatis, quae in **M** et **V** leguntur, facile observabis Avantium (**M**) vestigia traditarum lectionum propius pressisse quam Ugoletum (**V**), qui haud raro coniecturis textum mutavit⁶⁾. ceterum **Bob.** et **V** cum **M** comparati differunt, ut passim fere vel scripturae differentiae vel errores typographorum repperiri possint⁷⁾. quam rem ut illustraret, optime v. d. Munari fecit, quod animum advertit ad titulos⁸⁾. nam octies **Bob.** et concordat cum **M** et discordat a **V**, nusquam autem **V** ita congruit cum **Bob.**, ut discrepet a **M** (nr. 15. 27. 31 [sed vid. app. crit.] 45. 47. 55. 56. 69)⁹⁾.

1) e. g. 4, 1, 3. 11, 1. 17, 2. 22, 7.

2) 16, 1. 26, 4. 34, 1.

3) perperam coniunguntur: 20, 2 *indiverum* (*Indi verum*). 36, 4 *invidia* (*in vidua*). 53, 1 *compingere* (*cum pingere*) alia. perperam disiunguntur: 30, 1 *vis cū* (*viscum*). 53, 4 *ad factum* (*adfectum*). 54, 3 *adeo meritis* (*adeone sitis*). 57, 12 *receptę soror* (*receptes oro*) alia. cf. Mu. 17, 3.

4) cf. appar. ad 8a. 8b. 41. 42.

5) quae nisi ita sunt, earum lectionum varietas, quae absurdae sunt in codice, sanae in editionibus, omni ratione carebit: e. g. 15, 6. 31, 1. 36, 11, 13.

6) cf. 31, 1 *superis*. 61, 3 *unquam*. 66, 1 *quid*. 69, 2 *mors*.

7) aliter fortasse res se habent in 56, 3 *pede Bob.* *V pes M* et 67, 5 *ut Bob. V aut M* (cf. etiam appar. 33, 2. 47, 4).

8) quod non omnes titulos ab ipsis auctoribus poematorum adscriptos esse mihi persuasi (cf. Timp. ASNSP 27, 1958, 124. Schm. 346, 3; aliter Zi.¹ 330), ad inquisitionem nostram nullius momenti est.

9) a **Bob.** discrepat **M** solis titulis epigr. 24 et 28: cf. Mu. 19, 3.

Relatione, quae est inter **V** et **M**, in universum explorata Ugoletum ipsum Avantii editionem usurpavisse et titulo et lectionibus epigr. 69 (cf. Mu. p. 19, 3. 20) comprobari potest. utramque autem seriem, i. e. 18 carmina Avantii et septem, quae praebuit Ugoletus, a Bartholomaeo Merula publicata esse¹⁾ ex verbis, quae ab illis viris litteratis editionibus suis praescripta sunt (cf. Peip. p. 419. 428), perspicui potest²⁾.

Avantius in altera editione anni 1507 (**A**) se ad Ugoletum (**V**) applicavit³⁾ et textum variis locis meliorem reddidit⁴⁾. de epigr. 39 cf. supra p. V.

Etiam in Sulpiciae carmine Ugoletus (**P**) complures locos emendavisse videtur⁵⁾. sed iam ipsa editio princeps (**S**) coniecturas protulit: e. g. v. 15 *egentes*. 63 *facundos*.

Sed magni momenti est scire, quando et a quo composita sint singula poemata et utrum is, qui illa comprehensa in unum corpus redegit, antiquis an mediaevalibus temporibus vixerit⁶⁾.

Carmina 2–9 certo, 1⁷⁾. 48. 57⁸⁾ ex probabili coniectura a Naucellio (310–405? p. Chr. n.), aequali Ausonii et

1) de codicibus atque imprimis de Sulpiciae carmine et epigrammatis, quae anno 1493 in monasterio Bobiensi reperta sunt, vid. Lana 6–22. aut nostrum codicem aut ipsum codicem Bobiensem aut aliud apographon viris doctis illorum temporum haud ignotum fuisse ex verbis Raphaelis Maffei Volaterrani colligi posse puto: Commentarii urbium, I. IV, Lugduni 1552: »anno MCCCCXCIII [!] huiuscemodi libri reperti sunt . . . heroicum Sulpitii [!] carmen. LXX. Epigrammata«. quae recta esse neque interpunctionem mutandam quis non videt? numerum LXX non ad versus Sulpiciae, ut fere omnes homines docti adhuc putaverunt (cf. Lana 19, 3), sed ad epigrammata nostri libri pertinere nunc luce clarius est.

2) detexerat autem carmina illa Franciscus Nursius poeta Veronensis (cf. Peiper LXXXVI). de differentia epigrammatum ordinis, quem **Bob.** et editiones Ausonii operum secutae sunt, vid. Mu. 18, 3.

3) cf. verba ipsius f. III v. et Peip. LXXXVI sq.

4) e. g. 45, 1. 47, 5. 52, 8. 53, 4.

5) e. g. Sulp. 3, 43, 53, 55.

6) de altera hac quaestione vid. Schm. 346 sq.

7) Naucellium, de quo ego cogitavi (cf. Schm. 348), vix credes auctorem, si recte contendi potest eum, qui hoc epigramma scripsit, in v. 4 laudare atque imitari Rutilium Namatianum.

8) haec tria epigrammata inter dubia inserenda esse censet Zi.¹ 330.

PRAEFATIO

Symmachi amico (cf. epist. 3, 10–16 Seeck), esse condita affirmare licet. epigr. 63 Anicii Probini (cos. 395 p. Chr. n.) est. epigr. 39. 40 pepigit Domitius Marsus, qui aetate Augusti floruit. epigr. 38 *Cuiusdam* eqs. et 43 *Ex sepulchro Latinae Viae* tam incertae sunt originis quam Sulpiciae poema, quod illam a Martiale celebratam Sulpiciam scripsisse nemo iam est qui credat, v. d. I. Lanae praesertim disquisitione cognita. reliqua carmina omnia a Naucellio composita esse vix quisquam suspicabitur¹⁾.

Sed ab eodem illo carmina nec collecta esse neque in nostri libri ordinem redacta neque omnia iis quidem, qui exstant, titulis instructa partim iam demonstratum est²⁾, partim fortasse aliis argumentis firmiter probari potest. nam primum ille »quidam« epigr. 38 Rutilium Namatianum 1, 249sq. imitatus esse videtur³⁾. Rutilii autem itinerarium anno 417 p. Chr. n. scriptum esse constat⁴⁾. deinde, ut I. Lana (p. 72–74) exposuit, Claudiani carmen de bello Gildonico verisimile est a Sulpicia esse laudatum⁵⁾. denique auctor epigrammatis 62⁶⁾ Prudentii contra Symmachum librum secundum⁷⁾ legisse videtur.

Ultimus igitur terminus, post quem clarorum poetarum imitationes in nostris carminibus factas esse vidimus, annus 417 p. Chr. n. est. Naucellius autem quin iam aliquot annis ante mortuus sit, nemo est qui dubitet⁸⁾. quibus ex argumentis perspicies, non modo ad cognoscendam poetici sermonis historiam vel ad emendandas codicum lectiones, sed interdum etiam ad graviora quaedam perquirenda quam utile sit et commodum comparare locorum similitudines et ea, quae auctores alius ex alio excerpserunt. itaque non alienum est visum

1) cf. Sp. 85sq.

2) cf. p. VI adn. 8. Sp. passim. H. Hafter, Mus. Helv. 18, 1961, 48.

3) Sp. 21; cf. Schm. 346.

4) cf. R. Helm, Das Datum d. Reise d. Rut. Namatianus, Phil. Wochschr. 52, 1932, 971–980.

5) Claudiani poema anno 398 publicatum est.

6) cf. testimonia ad v. 3 et 14, 1.

7) qui liber anno 402/3 publicatus est.

8) cf. epigr. 9 (Sp. 69–73).

PRAEFATIO

omnia colligere, quae cum ceteri tum v. d. Munari congestere testimonia, adiectis eis quae ipse repperi.

In adnotationem criticam omnes fere codicis recepi lectiones atque, si qua videbatur alicuius esse momenti, ne orthographiae quidem praetermissi varietates¹⁾. quod vero nomina quaedam propria in codice tum maiusculis tum minusculis litteris scripta sunt, notare sprevis²⁾.

Ne copiosiores carminibus adnotationes subicerem, ad quaedam verba illustranda notas in calce voluminis posui. ibi etiam omnium nominum indicem et alios indices et tria originis mediaevalis epigrammata invenies.

Restat, ut gratias debitas meritasque agam viro doctissimo Haraldo Fuchs, in universitate Basiliensi professori, qui consilio me liberaliter adiuvit et coniecturas aliquot benigne mecum communicavit, denique plagulis corrigendis operam indefesse navavit³⁾.

Coloniae, mense Martio anni 1962.

Wolfgang Speyer

De codicibus Vaticanis latinis (nr. 3352. 3353) et aliis locis similibus disputavimus in commentatione quadam, cui titulus est *Addenda zur Editio Teubneriana der Epigrammata Bobiensia*; quae in ephemeride quae est nominata *Helikon* emittetur.

1) minoris momenti sunt e. g. 3, 4 *secessus* (37, 3 *secessit*). 9, 7 *felix* (61, 1. 2 *foelix*. 26, 11 *foemina* = 36, 5). 12, 1 *vitule*. 14, 1 *Lacedemone*. 18, 4 *septa*. 26, 17 *inclyta* (cf. So. 26). 37, 63 *Menia*. 37, 66 *hec*. 54, 5 *pellez*. 66, 2 *negocium*. aspiratio nonnumquam omissa est: 23, 1 *Tesouro*. 29, 3 *Aitera*. 33, 1 *carites*. 62, 4 *foenix* (sed 62, 5 *phenicas*). 71, 3 *Tyrrenum*. nonnumquam vero aspiratio perperam est addita: 62, 5 *humida* (cf. 15, 4 appar.).

2) e. g. 10 tit. et v. 1 *Myronis* (sed 2, 1 *myronis*. 11, 2 *myron* = 13, 2). 14, 3 *venus*. 48, 4 *clementis*.

3) hoc opusculo confecto commentationes sunt publicatae, quas v. d. Sc. Mariotti (RE suppl. 9 [1962] s. v. *Epigrammata Bobiensia*. Anicium 47. Attikos 15. Clemens aqua. Lucillus. Maternae aquae. Naucellius. Unguentarius Vicus) scripsit. quas perpaucis tantum locis laudavi.

CONSPECTVS SIGLORVM

Bob. = cod. Vatic. lat. 2836, misc., saec. XV/XVI; contuli ipse, ex quo post editionem principem Munarianam eduntur epigr. 1—13. 16—23. 25. 26. 29. 30. 32. 34. 35. 38. 40. 42. 44. 46. 48. 50. 51. 57—59. 62. 63. 64. 70. 71.

In reliquis carminibus, quae stellula *distinguimus, praesto sunt etiam editiones Ausonii operum veteres (utor ut Munari siglis Peiperianis):

M = Veneta³ a. 1496, curante H. Avantio (cura B. Merulae hic primum edita sunt epigr. 14. 15. 24. 27. 28. 31. 33. 43. 45. 47. 49. 55. 56. 60. 61. 66. 67. 69). contuli exemplar Marcianum.

V = ed. Parmensis a. 1499, curante Th. Ugoletto, qui ad epigrammata a. 1496 edita addidit 36. 41. 52—54. 65. 68. contuli exemplar Stutgardense.

V² = nova impressio (Venetiis a. 1501) editionis Parmensis. contuli exemplar Marcianum.

A = H. Avantius: A = ed. Veneta⁴ a. 1507, ubi primum editum est epigr. 39 (fol. 80 post Sulpiciae poema). contuli exemplar Marcianum. A² = ed. Aldina a. 1517. contuli exemplar Marcianum.

Paris. = ed. Parisina a. 1511, curante I. Ascensio. (Sulpiciae carmen deest.) contuli exemplar Marcianum.

Iu. = ed. Iuntina, Florentiae a. 1517. contuli exemplar Coloniense.

Lugd. = ed. Lugdunensis a. 1558, apud I. Tornaesium, curantibus St. Charpino et R. Constantino. contuli exemplar Bonnense.

Vin. = Ausonii . . . opera . . . emendata . . . per E. Vineum, Burdigalae 1580. contuli exemplar Bonnense.

Scal. = Ausonii . . . opera . . . recognita a I. Scaligero, Heidelbergae 1588. contuli exemplar Vaticanum.

edd. = Paris., Iu., Lugd., Vin., Scal. vel omnes vel pleraeque editiones.

In Sulpicia (= 37) siglis Peiperianis usus sum his:

§ (= V apud Peip.) = ed. princeps, Venetiis a. 1498. contulerunt Peiper, Lana.

P = ed. Parmensis 1499, vid. supra.

ω = consensus inter Bob. § P

ed. Torn. = ed. Lugdunensis a. 1558, vid. supra.

CONSPECTVS SIGLORVM

Pith. = A. Persii Satyrarum lib. I. D. Iunii Iuvenalis Satyr. lib. V. Sulpiciae Satyra I . . . ex bibliotheca P. Pithoei . . . , Heidelbergae 1590. contuli exemplar Coloniense.

Editiones recentiores, in quibus epigrammata iam pridem nota continentur:

Baehr. = Poetae Latini Minores, rec. Ae. Baehrens, vol. 5, Lipsiae 1883, 91—104.

Schenkl = D. M. Ausonii Opuscula, rec. C. Schenkl, Berolini 1883, 252—60. 262 (MGAA 5, pars 2). (Sulpiciae carmen deest.)

Peip. = D. M. Ausonii Opuscula, rec. R. Peiper, Lipsiae 1886, 413—416. 419—432.

Accursii coniecturas laudavi ex eius *Diatribis in Ausonium, Solinum, Ovidium*, Romae 1524, exemplari Vaticano usus.

Ex Ausonii editione, quam curavit J. Tollius, Amstelodami (apud J. Blaeu) 1671, Barthii, Canteri, Gronovii, Graevii coniecturas excerpseri, Heinsii autem (cf. Schenkl p. LX adn. 3) aliorumque ex apparatu Baehrensii, Schenkeli, Peiperi, Munarii laudavi. — in Sulpiciae carmine edendo respexi etiam editiones post Peiperum publicatas.

Editio princeps totius collectionis:

Mu. = Epigrammata Bobiensia, detexit A. Campana, edidit F. Munari, vol. 2 Introduzione ed edizione critica a cura di F. Munari, Roma 1955.

Auctores Latinos plerumque eodem modo laudabo quo Thesaurus Linguae Latinae (cf. Thes. L. L. indicem librorum script. in script. ex quibus exempla adferuntur, Lipsiae 1904, suppl. 1958), Graecos fusiis quam H. G. Liddell — R. Scott — alii, A Greek — English Lexicon, Oxford 1940⁹.

Eorum in usum, quibus Thesauri L. L. indices praesto non sunt, indicem auctorum, quorum opera minus esse nota videntur, addo.

Alc. Avit. = Alcimus Ecdicius Avitus, ed. Peiper, MGAA 6, 2, 1883

Avien. = Rufius Festus Avienus, ed. Holder 1887

Cypr. Gall. = Cypriani Galli heptateuchos, ed. Peiper, CSEL 23, 1881

Damas. = Damasus papa, epigr. ed. Ihm, AL suppl. 1, 1895.

Drac. = Blossius Aemilius Dracontius, ed. Vollmer, MGAA 14, 1, 1905. Poet. Lat. min. 5, 1914

Eleg. in Maecen. = Elegiae in Maecenatem, Poet. Lat. min., ed. Baehrens 1: eleg. 1 p. 126—134, eleg. 2 p. 134—136 (= AL 779sq.)

Ennod. = M. Felix Ennodius, ed. Hartel, CSEL 6, 1882, ed. Vogel, MGAA 7, 1885

CONSPECTVS SIGLORVM

- Iuenc. = C. Vetti Aquilini Iuenci libri evangeliorum IV, ed. Huemer, CSEL 24, 1891
 Laus Pis. = Incerti laus Pisonis, Poet. Lat. min., ed. Baehrens 1, p. 225-236
 Maxim. = Maximiani Etrusci elegiae, Poet. Lat. min., ed. Baehrens 5, p. 316-348
 Paul. Nol. = Pontius Meropius Anicius Paulinus, episcopus Nolanus, ed. Hartel, CSEL 29. 30, 1894
 Ser. Samm. = Q. Serenus Sammonicus, lib. medicinalis, Poet. Lat. min., ed. Baehrens 3, p. 107-158
 Sidon. = C. Sollius Modestus Apollinaris Sidonius, ed. Mohr 1895. Luetjohann, MGAA 8, 1887
 Vopisc. = Flavius Vopiscus Syracusius, Script. hist. Augustae, ed. Hohl, vol. 2, 1927

NOMINVM ET LIBRORVM COMPENDIA

(quae in adnotationibus, apparatu critico, indice apparent)¹⁾

- AL = Anthologia Latina, pars prior rec. A. Riese, 1^a 1894. 2^a 1906
 ALG = Anthologia lyrica Graeca, ed. E. Diehl, fasc. 1-3, Lipsiae 1949-1952³; fasc. 2 (Theognis) post E. Diehl ed. D. Young, 1961
 AP = Anthologia Palatina, ed.: Dübner, 1871/88. Stadtmüller, 1894/99/1906. Waltz, 1928sq. Beckby, 1957/58.
 App. Anth. = Appendix nova epigrammatum, ed. E. Cougny, Paris 1890
 ASNSP = Annali della Scuola Normale Superiore di Pisa
 Ax. = Axelson, B., Unpoetische Wörter, Lund 1945
 Baehr. = vid. conspect. siglorum
 Blümn. = Blümner, H., Technologie und Terminologie der Gewerbe und Künste bei Griechen und Römern, 4 vol., Leipzig 1875-1887
 Bo. = P. Ovidius Naso, Die Fasten, hgb., übers. u. komm. v. F. Boemer: vol. 2, Heidelberg 1958
 Brecht = Brecht, F. J., Motiv- und Typengeschichte des griechischen Spottepigramms, Philol., Suppl. Bd. 22, 2, 1930
 *Ca. = Cazzaniga, J., Note marginali agli epigrammi Bobbiesi, Stud. It. Fil. Class. 32, 1960, 146-150
 CAF = Comicorum Atticorum Fragmenta, ed. Th. Kock, Leipzig 1880-88
 CE = Carmina Latina epigraphica, conl. F. Bücheler, 1, 1895. 2, 1897
 CSEL = Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum ed. cons. et imp. Academiae scient. Austriacae
 Cu. = Curtius, E. R., Europäische Literatur und latein. Mittelalter, Bern 1961³
 *Da. = Dahlmann, H., censura editionis Munarianae, Gymn. 63, 1956, 558sqq.

1) stellula significatur de Epigrammatis Bobiensibus ibi fusius tractatum esse.

NOMINVM ET LIBRORVM COMPENDIA

- *Enk = Enk, P. J., Proceedings of the Classical Association. vol. 53, 29, London 1956
- *Enk¹ = Enk, P. J., censura editionis Munariana, Mnem. 13, 1960, 185—187
- EM = A. Ernout - A. Meillet, Dictionnaire étymologique de la langue latine, Paris 1951³
- FPL = Fragmenta Poetarum Latinorum epicorum et lyricorum post Ae. Baehrens ed. W. Morel, Lipsiae 1927
- Friedl. = Friedländer, L., Darstellungen aus der Sittengesch. Roms, 3 vol., Leipzig 1888⁶; 4 vol., 1921/23¹⁰ (cur. G. Wissowa)
- Geffcken = Geffcken, J., Leonidas von Tarent, Jahrb. f. class. Philol., Suppl. Bd. 23., 1897, 1—164
- GV = Griechische Vers-Inschriften, hgb. v. W. Peek, Bd. 1, Berlin 1955—1957
- Highet = Highet, G., Juvenal the Satirist, Oxford 1961²
- Hoe. = Hoelzer, V., De poesi amatoria a comicis Atticis exculpta . . . p. I, Diss. Marburg 1899
- ILCh = Inscriptiones Latinae Christianae veteres, ed. E. Diehl, 3 vol., Berolini 1925—1931 (Nachdruck 1961)
- Kaibel = Kaibel, G., Epigrammata Graeca ex lapidibus collecta, Berolini 1878
- Knauer = Knauer, O., Die Epigramme des Asklepiades von Samos, Diss. Tübingen 1935
- Kn. = Knoche, U., Handschriftliche Grundlagen des Juvenaltexes, Philol., Suppl. Bd. 33, 1, 1940
- Kroll = Kroll, W., Sulpicia, RE 2 s. 4, (1931) 880—882
- *Ku. = Kuijper, D., censura Speyeri, Naucellius u. sein Kreis, Mnem. 13, 1960, 373—375
- Lana vel La. = Lana, I., La satira di Sulpicia, Torino 1949 (Univ. di Torino, Publ. Facoltà di Lett. e Filos., vol. 1, 5)
- Lat. = Lattimore, R., Themes in Greek and Latin Epitaphs, Urbana 1942
- Lier = Lier, B., Topica carminum sepulcralium Latinorum, Philol. 62, 1903, 445—477. 563—603. 63, 1904, 54—65
- Lier¹ = Lier, B., Ad topica carminum amatoriorum symbolae, Stettin 1914 (Programm des Marienstifts-Gymnasiums, nr. 220)
- Lin. = Linnenkugel, A., De Lucillo Tarrhaeo epigrammatum poeta, grammatico, rhetore, Paderborn 1926 (Rhetor. Studien, 13)

NOMINVM ET LIBRORVM COMPENDIA

- Löf. = Löfstedt, E., Syntactica, Studien u. Beiträge zur histor. Syntax d. Lateins, 1. 2. T., Lund 1928—1933; 1², 1942
- Mar. = Mariotti, Sc., in editione Epigrammatum Bobiensium Munariana
- *Mar.¹ = Mariotti, Sc., Adnotatiunculae ad Epigrammata Bobiensia et Anthologiam Latinam, Philol. 100, 1956, 323—326
- Matt. = Mattson, A., Untersuchungen zur Epigrammsammlung des Agathias, Diss. Lund 1942
- Mayor = Mayor, J. E. B., Thirteen satires of Juvenal, London 1900—1901 (ed. ultima)
- MGAA = Monumenta Germaniae historica. Auctores antiquissimi, Berolini.
- Müll. = Müller, K., Die Epigramme des Antiphilos von Byzanz, Berlin 1935 (Neue Deutsche Forschungen 47)
- Munari vel Mu. vid. conspect. siglorum
- *Mu.¹ = Munari, F., Die spätlateinische Epigrammatik, Philol. 102, 1958, 127—139 [non memoratum]
- N² = Tragicorum Graecorum Fragmenta, rec. A. Nauck, Lipsiae 1889²
- NW = Neue, Fr., Formenlehre der lateinischen Sprache, 3. Aufl. von C. Wagener, 4 vol., Leipzig 1892—1905
- Ni. = Nilsson, M. P., Geschichte der griechischen Religion, München, 1² 1955. 2² 1961
- Norberg = Norberg, D., Beiträge zur spätlateinischen Syntax, Uppsala 1944
- No. = Norden, E., P. Vergilius Maro, Aeneis Buch VI erklärt, Leipzig 1916 (Nachdruck Darmstadt 1957⁴)
- No.¹ = Norden, E., Die antike Kunstprosa, 2 vol., Leipzig 1915³ (Nachdruck Darmstadt 1958⁵)
- Otto = Otto, A., Die Sprichwörter u. sprichwörtlichen Redensarten der Römer, Leipzig 1890
- Pe. = M. Tulli Ciceronis de natura deorum, ed. by A. St. Pease, vol. 1. 2, Cambridge Mass. 1955—1958
- Peip. vid. conspect. siglorum
- Peip.¹ = Peiper, R., Die handschriftliche Überlieferung des Ausonius, Jhb. f. class. Philol., Suppl. 11, 1880, 189—353
- Pertsch = Pertsch, E., De Valerio Martiale Graecorum poetarum imitatore, Diss. Berlin 1911
- Po. = Powell, I. U., Collectanea Alexandrina, Oxonii 1925

NOMINVM ET LIBRORVM COMPENDIA

- Prinz = Prinz, K., *Martial und die griechische Epigrammatik*, 1. Teil, Wien-Leipzig 1911
- RAC = *Reallexikon für Antike u. Christentum*, hgb. v. Th. Klauser, Stuttgart 1950sq.
- RE = *Pauly-Wissowa, Realencyclopädie der classischen Altertumswissenschaft*, Stuttgart 1894sq.
- Ri. = Richter, G. M. A., *Catalogue of Engraved Gems, Greek, Etruscan and Roman*, Rome 1956
- Roscher = Roscher, W. H., *Ausführliches Lexikon der griech. u. röm. Mythologie*, 6 vol., Leipzig-Berlin 1884-1937
- de Saint-Denis = de Saint-Denis, E., *Le vocabulaire des animaux marins en latin classique*, Paris 1947
- Schenkl vid. *conspect. siglorum*
- *Schm. = Schmid, W., *censura Speyeri, Naucellius u. sein Kreis*, Gnom. 32, 1960, 340-360
- *Schm.¹ = Schmid, W., *Zwei Gedichte auf die Thermae Taurinae*, Bonner Jhb. 161, 1961, 236-243
- Schmoock = Schmoock, R., *De M. V. Martialis epigrammatis sepulcralibus et dedicatoriis*, Diss. Lips. 1911
- Schu. = Schulze, W., *Zur Geschichte lateinischer Eigennamen*, Abh. Gött. Ges. d. Wissensch. 5, 5, 1904 (Nachdruck 1933)
- So. = Sommer, F., *Handbuch der lateinischen Laut- und Formenlehre*, 2. u. 3. Aufl., Heidelberg 1914 (Nachdruck 1948)
- *Sp. = Speyer, W., *Naucellius und sein Kreis, Studien z. d. Epigrammata Bobiensia*, München 1959, *Zetemata* 21. recensiones: A. Loyen, *Rev. Et. Anc.* 62, 1960, 202-204. H. Haffter, *Mus. Helv.* 18, 1961, 48. R. Browning, *Class. Rev.* 11, 1961, 88sq. H. Bardon, *Latomus* 20, 1961, 597sq. I. André, *Rev. Philol.* 36, 1962, 168sq.
- SH = Stolz-Schmalz, *Lateinische Grammatik*, 5. Aufl., (Syntax u. Stilistik v. J. H. Schmalz, neubearbeitet v. J. B. Hofmann), München 1928
- Sve. = Svennung, J., *Untersuchungen zu Palladius und zur lat. Fach- und Volkssprache*, Uppsala 1935
- *Ter. = Terzaghi, N., *Minutiores curae*. VII, *Acad. Naz. d. Lincei*, n. s. fasc. 8, 1960, 3-10
- *Thei. = Theiler, W., *censura editionis Munariana*, *Mus. Helv.* 14, 1957, 251
- Thes. = *Thesaurus linguae Latinae*, Lipsiae 1900sq.
- XVI

NOMINVM ET LIBRORVM COMPENDIA

- Thes. — = *nullum exemplum laudatur in Thesaurō*
- Timp. = Timpanaro, S., in *editione Epigrammatum Bobiensium Munariana*
- De Vit = *Totius Latinitatis onomasticon, op. et stud.* V. de Vit, 4 vol., Prati 1859-87
- VS = *Die Fragmente der Vorsokratiker, griech. u. deutsch*, v. H. Diels, 8. verb. Aufl. hgb. v. W. Kranz, 3 vol., Berlin 1956
- WH = Walde, A., *Lat. Etym. Wörterbuch*, 3. neub. Aufl. v. J. B. Hofmann, Heidelberg 1938-1954
- We. = Weinreich, O., *Studien zu Martial, Literaturhist. u. religionsgesch. Untersuchungen*, Stuttgart 1928 (*Tübinger Beiträge zur Altert.wiss.* 4)
- We.¹ = Weinreich, O., *Zu antiken Epigrammen u. einer Fabel des Syntipas*, in *Mélanges H. Grégoire*, vol. 3, Bruxelles 1951, 417-467
- *We.² = Weinreich, O., *censura editionis Munariana*, Gnom. 31, 1959, 239-250
- Wey. = Weyman, K., *Zu den Sprichwörtern . . . der Römer*, *Arch. f. Lat. Lex.* 13, 1904, 253-270. 379-406
- Ze. = Zerwes, W., *Palladas von Alexandria*, mschr. Diss. Tübingen 1956
- *Zi. = Zicàri, M., *Schedae sex*, *Philol.* 102, 1958, 154-157
- *Zi.¹ = Zicàri, M., *censura Speyeri, Naucellius u. sein Kreis*, *ASNSP* 28, 1959, 327-334
- *Zi.² = Zicàri, M., *Studi Urbinati*, B, 1959, 248sq.

De nuce arbore

Rusticus imprudens plantam nucis hic posuit me
saxorum iaculis ludibrium pueris:

namque omnes oculi generosaque bracchia pomis

4 iactibus et crebro fragmine pulsa mihi.

ferre quid immensas fruges iuvat? has ego gratis,
in mea damna ferax, pro meritis tetuli.

Antipat. AP 9, 3 (= ALG f. 1 Ps. Plato [32])

Εἰνοδίην καρύην με παρερχομένοις ἐφύτευσαν
παισὶ λιθοβλήτου παίγιον εὐστοχίης·
πάντας δ' ἀκρεμόνας τε καὶ εὐθαλέας ὀροδάμνους
4 κέκλασμαι πυκιναῖς χερμάσι βαλλομένη.
δένδρεσιν εὐκάροποις οὐδὲν πλέον· ἦ γὰρ ἔγωγε
δυσδαίμων ἐς ἐμὴν ὕβριν ἐκαρποφόρουν.

ad tit. cf. *Thes.* 2, 426, 32–38 || 3 oculi, bracchia meton. cf. *No.*
ad *Aen.* 6, 282 (*Thes.* 2, 2160, 8–34) || 5 *Ov. fast.* 1, 677 frugibus
immensis | fruges ferre (*Hor. carm.* 3, 24, 13): *Thes.* 6, 1, 1455,
83 || 6 in . . . ferax nullum testimonium *Thes.* adhibet: cf. *Mela* 2, 16
ad ferociam . . . ferax | *Ov. am.* 3, 11, 22 in mea damna. Nux 107
nocet esse feracem, qua ex elegia (cf. *S. Wartena, Nux Elegia,*
Diss. Groningen, 1928, passim. Fr. W. Lenz, RE 17, 1502 atque
eiusdem editionem, Torino 1952, 117–121) poeta noster nullum
locum affert

[f. 275r] || 4 Lactibus . . . fragmine Bob. | pulsa *Z.* 156
pulchra Bob. rupta (an puncta?) *Mu.* vulsa temptavi. cf. *Ca.* 150 ||
5 gratis i. q. grates vidit *Mu.*

In Didonis imaginem ex Graeco

Illa ego sum Dido vultu, quam conspicias, hospes,
assimulata modis pulchraque mirificis.

talis eram; sed non, Maro quam mihi finxit, erat mens,
vita nec incestis laeta cupidinibus: 4

namque nec Aeneas vidit me Troius umquam,
nec Libyam advenit classibus Iliacis;

2, p. 420 P. 2, p. 252 Sch. 3, p. 97 Baehr.

AP 16, 151 (*adesp.*)

Ἀρχέτυπον Διδούς ἐρικυδέος, ὃ ξένη, λεύσσεις,
εἰκόνα θεοπεσιῶ κάλλιε λαμπομένην.
τοίη καὶ γενόμην, ἀλλ' οὐ νόον, οἷον ἀκούεις,
ἔσχον ἐπ' εὐφήμοις δόξαν ἐνεγκαμένην. 4
οὐδὲ γὰρ Αἰνεῖαν ποτ' ἐσέδρακον, οὐδὲ χρόνοισι
Τροίης περδομένης ἤλυθον ἐς Λιβύην,
ἀλλὰ βίας φεύγουσα Ἰαρβαίων ὕμεναιών
πήξα κατὰ κραδίης φάσγανον ἀμφίτομον. 8
Πιερίδες, τί μοι ἀγνὸν [-νῆ *Fuchs*] ἐφωπλίσσασθε Μάρωνα;
οἶα καθ' ἡμετέρης ψεύσατο σωφροσύνης.

1 *Tib.* 1, 6, 31 Ille ego sum (CE 892) (!) || 2 modis . . . mirificis:
cf. *Thes.* 8, 1061, 9sq. || 3 *Ov. am.* 1, 10, 7 talis eras (*saepe*) (epigr.
43, 4) || 4 *Cod. Iust.* 5, 27, 7, 1 cupidine non incesta | Aeneas . . .
Troius: cf. *Thes.* 1, 982, 34sq. || 6 *Verg. Aen.* 4, 537 Iliacas . . .
classis (5, 607)

[f. 275r–v] In didonis imaginem Ex graeco Bob. M In Didonis
(Didūs [reginae add. *Vin.*] edd.) imaginem ex graeco. Quattuor |
ultima carmina huius Epigrammatis non habentur in graeco
Codice VA Iu. Paris. || 1 quam A *Iu. Scal.* qui Bob. MV quem
Barthius quo *Baehr.* || 2 assimulata Bob. VA – milata M edd. cf.
v. 18 et Thes. 2, 895, 82sq. || 4 laeta Bob. MVA feta vel foeda *Peip.*
laesa Heins. || 5 me Bob. MA nec V || 6 libyam Bob. VA lybiam M

sed furias fugiens atque arma procacis Iarbae
 8 servavi, fateor, morte pudicitiam,
 pectore transfixo, castus quod percudit ensis,
 non furor aut laeso crudus amore dolor.
 11 sic cecidisse iuvat: vixi sine vulnere famae;
 f. 275 v ulta virum, positis moenibus, oppetii.
 invida cur in me stimulasti, Musa, Maronem,
 fingeret ut nostrae damna pudicitiae?
 vos magis historicis, lectores, credite de me,
 16 quam qui furta deum concubitusque canunt
 falsidici vates, temerant qui carmine verum
 humanisque deos assimilant vitiis.

9 Verg. Aen. 1, 44 transfixo pectore | Cypr. Gall. gen. 179 qui percudit ense (Drac. laud. dei 3, 344) || 10 Verg. Aen. 5, 5 duri magno sed amore dolores polluto; cf. epigr. 54, 2 || 12 Verg. Aen. 4, 655sq. (Ov. epist. 7, 119sq. Sil. 1, 24) || 14 Apul. met. 9, 27 damno pudicitiae . . . commotus: cf. Thes. 5, 33, 3-7 || 17 AP 9, 80, 1sq. πάντες . . . ψευδοῦργοι 16-18 cf. Solon fr. 21 [ALG f. 1] πολλά ψεύδονται ἀοιδῶν. Pind. Nem. 7, 20-24 contra Homeri auctoritatem. Xenoph. VS 21 B 11. (Pe. ad Cic. nat. deor. 1, 42) Dist. Cat. 3, 18 Boas nam miranda canunt, sed non credenda poetae (Ov. am. 3, 12, 41sq.): cf. W. Kroll, Stud. z. Verst. d. röm. Lit., Stuttgart 1924, 49 sqq. 57 sq.

Dido apud Christianos saepe exemplar pudicitiae celebratur, e. g. Tert. anim. 33, 9 cf. J. H. Waszink ad l. (Tert. de anima, Amsterdam 1947). vid. Iustin. 18, 6, 1-8. Prisc. perieg. 185sq. Rossbach, RE 5, 430, 16 sqq. de Didonis simulacris cf. Maer. 5, 17, 5. Stüber, RAC 3, 1014. ceterum cf. We.² 247 coll. AP 7, 450 al.

7 Iarbae Bob. VA hiarbae M Iabrae V² || 9 castus quod percudit ensis Graevius castos quod percudit enses Bob. MVA casto quod percudit ense Scal. castum q. p. ensis prop. Fuchs || 10 laeso Paris. Accurs. laesus Bob. M lesos VA laesos A² Iu. || 13 in MVA ni Bob. || 15 magi M || 18 assimilant Bob. VA Iu. - milant M edd.: cf. v. 2

In grammaticos indoctos

Salve, Grammatice, salve, esurientibus unum
 praesidium perhibens » Arma virumque cano « !

Lucillius (?) AP 11, 400

Ἰλαθι, Γραμματικῆ φυσίζοε, Ἰλαθι λιμοῦ
 φάρμακον εὐρομένη » Μῆνιν ἄειδε, θεά « .
 νῆδὸν ἔχρῃν καὶ σοὶ περικαλλέα δωμῆσασθαι,
 καὶ βωμῶν θυῶων μὴ ποτε δευόμενον.
 καὶ γὰρ σοῦ μεσταὶ μὲν ὀδοί, μεστὴ δὲ θάλασσα
 καὶ λιμένες, πάντων δέκτρια Γραμματικῆ.

ad tit. cf. Mart. 14, 120, 2 ab indoctis . . . grammaticis || 1 Grammatice i. e. ars grammatica || 2 Arma virumque (cano) (cf. epigr. 47, 1) pro Aeneide: Pers. 1, 96. Mart. 8, 55 (56), 19. 14, 185, 2. AL 507, 1. 518, 2. 653, 7. CE 1936. Sidon. carm. 3, 4 sicut Graece μῆνιν ἄειδε (θεά) pro Iliade: e. g. Ps. Pigres ALG f. 1 p. 131

cf. epigr. 64. 47. 50. 61 et Mayor ad Iuv. 7, 217 (Hight 270, 2). Auson. epigr. 6. 7 p. 313 P. Luxurius AL 294. — Brecht 35-37. AP 9, 169 (cf. Ze. 14-17). 173-175. 11, 138-140. 278. 279. 378. 399

[f. 275v] || 1 esurientibus Mu. coll. epigr. 64, 2 et Lucilli v. 1-2 et cupientibus Bob. o sapientibus Ca. 151. — duo quae desiderantur disticha excidisse suspic. Fuchs coll. epigr. 39